

Ignis: un poema jesuític del segle XVIII

Jaume Medina

Universitat Autònoma de Barcelona
08193 Bellaterra (Barcelona). Spain

Data de recepció: 21/11/1995

Abstract

The Jesuit Josep Pons i Massana (Barcelona 1730-Spoleto 1816), an expert in canon law, was a teacher of rhetoric and poetic for the year 1760-1761 in the School of Cordelles in Barcelona. At the beginning of this year, he handed to the printer a long poem in Latin entitled: *Ignis. Poema didascalicum*, which deals with the causes of fire, its nature and its effects. The poem has been written in the summer of 1760.

En parlar de Josep de Rialp i de Solà, Félix Torres Amat retreia en les seves famoses *Memorias*¹ uns mots que Ignasi Sans i de Rius havia dit «en la memoria de las obras poéticas de varios sabios del pasado y presente siglo hijos o avecindados en Cataluña, leída en la academia de buenas letras de Barcelona en 30 de enero de 1818» i que eren com segueix: «Si el Cielo secunda mis ideas al paso que dentro poco tiempo espero sujetar a la juiciosa censura de V.E. una historia crítico-literaria de la universidad de Cataluña desde su fundación hasta nuestros días; espero también tener el gusto de presentar una abundantísima colección de piezas poéticas que son de mucho interés y merecen con razón ver la luz pública. Comienza por el P. Larraz, vienen Finestres, el P. Bartolomé Pou, el P. José Pons, D. Francisco Dorca...».

Ignorem si Ignasi Sans va dur a terme la seva intenció de presentar aquella col·lecció de peces poètiques, la major part de les quals —per no posar-se a suposar que totes— devia ésser escrita en llatí, fet que la inscrivia en una tradició ben arrelada en els nostres segles. El que és ben cert, tanmateix, és que no va ser fins al 1923 que va aparèixer un estudi complet sobre la vida i l'obra del jesuïta i canonista barceloní Josep Pons i Massana².

Per aquest treball sabem que Josep Pons i Massana, jesuïta, havia nascut a Barcelona el 16 de desembre de 1730; ingressà en el noviciat de la Companyia el

1. TORRES AMAT, F. *Memorias para ayudar a formar un diccionario crítico de los escritores catalanes, y dar alguna idea de la antigua y moderna literatura de Cataluña*, Barcelona, 1836, p. 535.
2. Vegeu: Joan Vilar S. I., «Ensaig bio-bibliogràfic sobre el canonista barceloní Josep Pons i Massana», *Anuari de l'Institut d'Estudis Catalans*, VI (1915-1920), 1923, p. 87-123.

20 de setembre de 1746, i estudià teologia escolàstica al *Barcinonense Collegium* de Betlem; acabats aquests estudis i els de filosofia, era destinat el 1757 al Seminari de Nobles de Cordelles, on ensenyà les lletres humanes; els dos cursos següents explicà matemàtiques i gramàtica al Col·legi de Betlem, i durant el de 1760-1761 professà la retòrica i la poètica al Seminari de la Mare de Déu del Pilar i Sant Jaume de Cordelles. Després de passar un any de *terceró* a la Casa de Provació de Tarragona, rebé, el 1762, l'encàrrec d'anar a ensenyar lògica a la Universitat de Cervera, on va romandre fins que el 1767 hagué d'exiliar-se, juntament amb tots els altres jesuïtes de la província d'Aragó, a Itàlia, on es dedicà a l'ensenyament del dret canònic, fins que morí, a Spoleto, el 6 de maig de 1816³.

El que d'ell havia dit Torres Amat en les seves *Memorias*⁴ era: «Jesuita, nació en Barcelona el dia 19 de diciembre de 1730. En 1766 enseñaba con aplauso el quinto año de filosofía en la universidad de Cervera. En Córcega enseñó elocuencia a los estudiantes jesuitas aragoneses y la teología en Ferrara. Extinguida la sociedad no dió fin a la enseñanza, ni dejó de escribir, como lo publican muy bien con los premios y con los debidos testimonios de aprecio que le dieron, las ciudades de Nuceria, de Fulginio, de Trevia, de Camerino, de Spoleto, y de Senogallia, en las que explicó públicamente con grande aprovechamiento de sus oyentes ya la filosofía, ya la historia, o bien ambos derechos, o la teología. Vivía todavía en 1815. Anciano muy digno de respeto por su candor de alma, y por su admirable esfuerzo en enseñar y escribir para la instrucción de la juventud». Torres Amat passava tot seguit a donar notícia de les obres d'aquest autor. Una notícia plena de dades sobre llibres de dret, que nosaltres estalviem al lector (tot remetent-lo a l'estudi de Joan Vilar, més actualitzat), ja que només ens interessa de remarcar en aquesta ocasió l'activitat de Josep Pons com a conreador de la poesia llatina.

Pel que fa a aquest aspecte, Joan Vilar⁵ comentava que Josep Pons donà a la impremta al començament de l'any escolar 1760-1761 un extens poema llatí escrit en hexàmetres. L'estudiós el presentava com segueix: «*Ignis. Poema Didascalicum*. De la manera com els antics poetes celebraren arguments segons el gust de sa època, així els del seu —diu Pons en el *Pròleg*— volgueren lloar els avenços de les ciències naturals, que anaven alçant-se amb gran admiració de tothom. Per tal també ell provà de fer aquest camí, es podia dir nou àdhuc i poc trepitjat a Espanya, a fi de despertar la afició de sos compatrioticis i principalment dels seus deixebles. Seguidament, al-ludint al poema del P.F. Oudin S.I. sobre el mateix tema, publicat a París l'any 1749, indica les parts del seu, és a dir, les causes del foc, sa *naturalesa* i sos *efectes*. Tot lo qual es troba més explícitament en la proposició» (i transcriu, tot seguit els versos 1-7). Després continua: «No he pas de deturar-me a fer l'examen literari d'aquest poema, ni, al meu parer, ho demana, car basta saber que és una d'aquelles migrades produccions literàries de la poesia insípida i infecunda del XVIIIè segle, que es presentava a les Acadèmies en forma de vanes declamacions o bé s'encarcarava en dissertacions filosòfiques sens enginy poètic, sens foc de sen-

3. Joan Vilar, op. cit., p. 89-91.

4. Torres Amat, op. cit., p. 489-490.

5. Joan Vilar, op. cit., p. 103-104.

timent, sense volada d'inspiració. Això no hi fa que el desembaràs el qual mostra en la versificació i certes maneres de dir, ens fan entendre que l'Autor tenia fortament coneixença de la literatura clàssica de l'antigor, especialment llatina. A més, qui hagi assaborit el gust de genuïna llatinitat d'aquest poema, no es meravellarà pas de la puresa i elegància de la dicció que juntament amb la competència i autoritat són l'encís captivador de les obres de l'insigne Canonista». I afegeix encara: «Pertocant a la matèria de l'*Ignis* s'ha de dir solament que el Professor de Retòrica i Poètica de Cordelles buidà en els freds i inflexibles motllos d'una elucubració filosòfica *versificada* les idees d'aquell temps sobre la naturalesa del foc i de ses causes i efectes». I acabava assegurant que el P. Pons degué compondre el poema «durant les vacances de l'estiu per a ésser llegit en la solemnia obertura del curs de 1760-1761, com sembla deduir-se dels darrers versos», que transcriu tot seguit.

Finalment parlava encara Vilar d'un altre poema (que confessava no haver vist) del canonista barceloní: la composició filosòfica titulada *Philocentria*, «que publicà el P. Pons a Bolonya l'any 1774». I continuava, assegurant que «indubtablement, emperò, el judicaríem d'una manera semblant» a com ho havia fet amb el poema *Ignis*. «El poema *Philocentria* —diu Vilar— va retreure l'insigne aimador de nostres lletres En M. Menéndez i Pelayo, quan en la llista dels jesuïtes bandejats a Itàlia per la pragmàtica de Carles III, hi posà el P. Pons, *que cantó en versos latinos la atracción newtoniana*»⁶.

6. Pel que fa a *Philocentria seu de innata corporum Propensione ad centrum J. P. Poema in duos libros divisum. Bononiae MDCCCLXXIV. Ex Typographia Sancti Thomae Aquinatis. Superiorum Facultate, Joan Vilar (op. cit., p. 98) comenta: «Uriarte, en el lloc citat (és a dir en el Catálogo razonado de obras anónimas y seudónimas de autores de la Compañía de Jesús pertenecientes a la antigua Asistencia española, T. I-II Madrid 1904), prueba la identificación por él propuesta amb aquellas termes: "Philocentria, sive de corporum Gravitate Lib. duo" dice en su artículo Prat de Saba (pág. 48) a quien siguen o copian Caballero (I 230), Torres Amat (pág. 490), Bacher (II 2073) y Sommervogel (VI 1002), sin avisarnos ninguno de ellos cómo, dónde y en qué forma salió esta obra. Más puntualmente Hervás, la titula "J. P. Philocentria, seu de innata corporum propensione ad centrum. Poema in duos libros divisum. Bononiae 1774.4" (I 144. v.) — Su verdadero título es el que va al frente de este número, tomado de la misma portada. / Habiendo nombrado el P. Aymerich a un tal Gephirosius en el texto de su "Q. Moderati Censorini (de Vita et Morte Latinae Linguac Paradoxa Philologica...)" (página 183), añade lo siguiente en las anotaciones: "Is alio nomine Philocentrius a nonnemine appellabatur, quod suppresso nomine, vel initialibus tantum litteris indicato, Poema, binis libris comprehensum, Philocentria inscriptum, Bononiae Latino carmine edidisset, ab Ephemeridum Romanis scriptoribus celebratum. Ne vero Poeta magis, Physicus, & Mathematicus, quem se in poemate illo manifestat, videretur quam Theologus, haud multo postea publici juris fecit, Historico-Dogmaticam Dissertationem accurata Latinitate, licet scholastica methodo scriptam, de Materia & Forma sacrae Ordinationis, & nunc demum, ut audio (non enim eas vidi) binas alias edidit ad Ethicam Philosophicam, ac Theologiam spectantes in Wolf. & Puffend" (pág. 194-95)... Además, sabido es... que el Pons latino suena en griego γέφυρα, de donde se forma *Gephirosius*, o, por mejor decir, *Gephyrosius*. / Corrijase, pues, en vista de lo dicho, el yerro manifiesto de Passano, de quien es el siguiente título con su correspondiente declaración: "Philocentria, seu de innata corporum propensione ad centrum. J.M.P., poema in duos libros divisum (Auct. Johanne Mazzolario Partenio. Soc. Jesu). Bononiae, S. Thom. Aquin., 1774. In-4º" (pág. 258). -Ni el P. Juan María Mazzolari, ni su hermano el P. Jose María, más conocido con el nombre de José Mariano Partenio, escribieron ninguna obra sobre el argumento de la *Philocentria*. Además, ésta no lleva las iniciales "J.M.P.", que dice Passano, sino las de "J.P."».*

És ben segur que mai no m'hauria interessat el coneixement de la persona i l'obra de Josep Pons, si no fos que, ara deu fer una vintena d'anys, vaig adquirir a un llibreter de vell un opuscle que em cridà l'atenció pel sol fet d'ésser escrit en hexàmetres llatins. El poema, d'una extensió considerable i que ara tornem a publicar, constitueix també una mostra excel·lent de l'estat en què es troava el conreu de la poesia llatina a Catalunya durant el segle XVIII.

IGNIS. POEMA DIDASCALICUM A P. IOSEPHO PONS SOC. IESU, IN SEMINARIO NOBILIUM DE CORDELLES PUBLICO RHETORICES, ET POETICES PROFESSORE. BARCINONE, ANNO MDCCXLX. Apud FRANCISCUM SURIÀ Typographum. CUM SUPERIORUM FACULTATE.

PROLOGUS

Jam inde ab initio consuetudo obtinuit omnium Poëtarum, ut ea potissimum carminibus celebranda susciperent, quae maxime communibus hominum illius aetatis studiis probata esse animadverterent; ut Poësis, quae nonnullis vulgo otiosa, atque inutilis videbatur, quod dabat rebus numerosa concinnitate, ab ipsius argumenti excellentia pretium acciperet. Idcirco urbium suarum initia, res gestas, atque bella, siquidem populo scribebant, tum etiam de causis, atque ordine totius universitatis multa, qui hujus artis principes ex Graecis, Latinisque habitu fuerunt, singulari illa, ac prope divina dicendi facultate exposuere. Maxime vero hoc nostro jam impendente saeculo, cum naturae studia vehementius coli coepissent, et quotidie in Europa magis vigerent, magno impetu Poetæ ad haec illustranda, quae tunc in delicis habebantur, artem suam converterunt. Tanta vero exitit optimorum Poëtarum seges non solum superiore illa patrum nostrorum, sed hac etiam nostra aetate, ut nullum videatur post Imperii Romani adeoque latinitatis, casum uberioris saeculum nobilium Scriptorum posse reperiri, qui antiquorum gloriam summis pene virtutibus aequarent. Sola Hispania nostra, quamvis ipsa ingeniorum sit, quam metallorum feracior, nondum opes suas ingentes effudit, contenta alienis laboribus plaudere, quae plura de se, et meliora spondere poterat. Quare ego hac florentissima aetate desuetam istam viam tentavi, magis ut popularium meorum, ac praesertim discipulorum, studia acuerem, quam quod me ab illis corona donandum sperarem. Neque adeo sum nescius, in Collectione quadam Parisiensi extare Poëma elegantissimum P. Francisci Oudin Soc. Jesu, quod titulum eundem præferat, atque istud nostrum, sed re tota et dictione diversum; in quo enim Poëta de inventione, usu, cultuque ignis, de pabulo, et sectione lignorum multa quidem, ac subtiliter diserit; de causis vero ignis, natura, atque effectis paucissima, aut nihil. Tu vero, haec nostra qualiacumque legens, sume superbiam et siquid melius potes, et audes, tunc te omnem votorum meorum summam explevisse scias. Vale.

- Abstrusum venis quae causa excuderit ignem,
 Cum primum aethereas evasit victor ad auras,
 Naturae an potius vapor, et sine corpore nomen;
 Unde propagandi vim habeat, quae permeat omnem
 5 Materiam, in propriam convertens corpora formam,
 (Antiquis quid enim prohibet nova dicere verbis?)
 Hinc canere aggredior: quamquam natura recessus
 Semper amet, sensum fugiens, timeatque videri;
 At nunc multorum studiis tentata fatiscit
 10 Indiciis, quae jam certa experientia firmat.
 Tu modo, qui pedibus subjectum respicis ignem,
 Mulciber, et sola suspendis voce tumentem,
 Carminis in rigidas jubeas descendere leges
 Innocuum, siquidem tibi sunt tua munera cordi:
 15 Seu quando Divum nulli jam talia curant,
 Audiat, o! nostrae gentis quem Gallia primum
 Imbuit, et rerum docuit cognoscere causas.
 Nil montes altos, nec frigora saeva moratus,
 Magnum iter instituit, claram conversus ad Arcton
 20 Ipse Parisiacis jussus consistere campis,
 Unde redux patriam peregrina merce bearet;
 Huc ades, o Zacanine favens,^a veniasque vocatus
 In partem laudis, quando te magne sequitus
 Audeo inaccessi superare cacumina montis.
 25 Quanto illum studio nostri puerique, senesque
 Mirati excipiunt! circo seu duxit aperto,
 Quos prius edocuit juvenes nova nomina rerum
 Promere, non ullis ante exaudita priorum,
 Regibus aut etiam se sisteret ipse videndum
 30 Voce, manu fidens; ludum nam ponere reges
 Optavere boni: summa de valle theatri
 Assurgunt proceres, cupiuntque audire ducentem.
 Tu nostrae hoc munus proprium jam gentis haberi
 Perpetuumque dabis: lauros tibi Mantua nectit.
 35 Principio hunc, noto quem nomine dicimus ignem,
 Et qui tam varios mortalibus ardet in usus,
 Seu libet ad multam noctem producere lucem,
 Unde breves properant pelago se tingere Soles,
 Tabida seu potius depellere frigora membris
 40 Utilis, et longae consumere taedia vitae;
 In solo credunt aliqui consistere motu,

a. P. Antonius Zacagnini Soc Jesu, in Matritensi Nobilium Seminario Physicae Professor, Naturae studium maxime inter Nostrates promovit, cuius etiam quaestiones plurimas nostris litteris consignavit.

- Nulla ut defecto fiat mutatio ligno,
 Suppositum praebet siquando pabula flammis;
 Praecipi nisi quod labentia turbine circum
 45 Principia in celerem conspirant cuncta ruinam:
 Hinc rutili apparent ignes, incendia fiunt.
 Non tamen hunc motum proprio conamine partes
 Adquirunt, solitamque relinquunt sponte quietem:
 Nam quae mente carent, qualis convincitur omnis
 50 Materies, a se non possunt ducere motum,
 Ni prius ex alio sumant, habeantque movente.
 Sic quando affrictu chalybis detruditur ignis
 Occulta ex silicis vena, foliisque receptus
 Ex parvo in magnum nascentem provehit ignem,
 55 Ad percussorem referunt primordia motus.
 Hic simul exiguum traxit de marmore partem
 In ventos, siquidem facilis stat semita ventis,
 Ignis erit, motum semper qui proferat ultra
 Acceptum, tribuens aliis, qua lege recepit;
 60 Donec paulatim alternis impulsibus omnes
 Disiectae undanti tendant ad nubila fumo;
 Aut siquae fuerint graviores pondere, rursus
 Confusae in cineres abeant denso aggere partes.
 Ut saepe in populo celeres unius ob iras
 65 Funesti incipiunt motus, gliscensque tumultu
 Amentes trahit in praecips discordia cives
 Ne vero ista leves, quamvis pulcherrima dictu,
 Decipient animos, omni vel parte probentur;
 Namque haec immensi prohibent dispendia motus,
 70 Quae natura sagax ad motum dogmata finxit:
 Sic quoties alieno obtruditur impete corpus,
 Quantum alii tribuit motus, decedit ab ipso
 Quod movit, semel amissum nec deinde resumet.
 Ut palus, hybernos coeli quae colligit imbrres,
 75 Si forte in plures rivos diducitur, aret,
 Ni pariter vivo renovet de fonte liquorem
 Non tamen haec, si vera minus, didicisse pigebit,
 Quandoquidem limo regale involvitur aurum,
 Et verum, ut perhibent, multa inter falsa nitescit.
 80 Quare haec arripias animo, teneasque fideli,
 Materiam esse ignem; nam si esset spiritus ille,
 Tangere, nec tangi impendi a corpore posset.
 Praeterea hoc vere quis disputet? ignis habebit
 Ut cesset nunquam, motuque tremente per auras
 85 Ire paret statis naturae legibus actus
 In rabiem, qua nulla loci intra septa moratur

- Materiae contra praescriptum, caetera corpus.
 Ergo age, quis celerem motum, vimque addidit igni,
 Quae causa impulsum incutiat, positumque perennet
 90 Expediam, superest nostri haec pars sola laboris.
 Erige nunc animos, animo namque istud agendum,
 Antiquosque dies, et magni exordia mundi
 Respice, cum nondum charis complexibus aucta
 Servarent elementa situm, propriumque vigorem;
 95 Cernere erat late magnum per inane fluentes
 Ire ignes, nullis constrictos legibus ignes,
 Quippe istam mentem jam tum Deus indidit igni,
 Extendi ut velit, et justo plus limite ferri,
 Cedere detrusus nolit, pulsusque repellat,
 100 Nostri Elaterium noto de nomine dicunt,
 Urgeat impatiens latum quod abire per orbem:
 Compressis, dono Divum, quae plurima mansit
 Corporibus virtus, sed cunctis major in igne est.
 Ergo elementa sua starent cum sede, futura
 105 Mox operi, regisque expectant jussa supremi,
 Irruerat, neque jam potis est vis ulla tenere;
 Sed Pater omnipotens ignem, ne longius iret,
 Continuit, vinclis, et duro carcere fraenans:
 Ni faciat, velox nascentem funditus orbem
 110 Praecipitet vacuo coelo, involvatque ruina.
 Quo tamen insani generosos frangeret ausus,
 Cum prius in tenues potuisset scindere partes,
 Materia implicuit multa, lusitque furentem
 Molibus oppositis, scythica ut convalle Prometheus
 115 (Siqua fides facto) casu deprehensus iniquo,
 Caucasea poenas pendit sub rupe ligatus:
 At tu etiam coeli suprema in parte receptus
 Palladis auxilio, et tanto dignatus honore,
 Omne prius vitium pravae deponere mentis
 120 Debueras, nec sic aulam turbare Tonantis
 Crimine, quo superum conterrata concio cessit.
 Namque hic dum coelo tacitus spatiatur aperto
 Contemplans operis molem, variumque laborem,
 Hausit corde malum, quo non praesentius ullum,
 125 Consilio ingressus Divis praetendere fraudem,
 Ut tollat furto sacris altaribus ignem,
 Quo Pater omnipotens, celsi Dominator Olympi,
 Occeano surgentem accedit lampada Solis,
 Et circum aetherea convestit sydera luce.
 130 Nec tantum coeli nitor, et fulgentia Divum
 Corpora sacra movent candore Promethea, quantum

- Conspicuo coeli capitur vesanus ab igne,
 Tempore quo nondum miseris mortalibus ignem
 Effudit tellus, nullo tentata labore,
- 135 Cudendi ferrum nec tum mira arte reperta;
 Unde etiam magnum quandam fore nomen in astra
 Credidit, ac sese clarum virtute per orbem.
 Ergo habilem manibus taedam, quae forte jacebat,
 Applicuit mediis, atque abstulit ignibus ignes.
- 140 At non ille super furto laetatus inani,
 Nec sese irrisis jactavit postea Divis:
 Namque doli admonitus summus Pater ille Deorum
 Fulmine deject terris, corpusque perustum
 Advolvens scopulo, montes super addidit altos,
- 145 Ipse sibi certos fines, tempusque reservans,
 Sponte sua ut nobis arcanum ostenderet ignem,
 Quo magis adducti manifesto munere Divum
 Consilium omnes laudent, optatisque fruantur:
 Cum, nihil est aliud, quo se sapientia summa
- 150 Plus jactet citra naturae grandia septa,
 Quam quibus aeternos conclusit legibus ignes,
 Injecitque moras sublato jure nocendi.
 Nullum corpus enim, nec pars est corporis ulla
 Tam tenuis, quamvis oculis impervia nostris,
- 155 Subsidia aut etiam fugiat pulcherrima visus,
 Qualia Londini artifices multa arte laborant,
 Quae non communem, si recte attendimus, hostem
 Conjugio excipiat, suaque intra viscera claudat:
 Frustra ille omnem aditum quaerit, frustraque laborat,
- 160 Rumpere si valeat claustrum, et discurrere in auras:
 Pineus ut magnum ramus curvatus in arcum
 Objectu hinc paries, manus hinc quem dextera firmat.
 Indita materiae sed vis (licet abdita nullis
 Obvia principiis)^b qua partes corporis haerent
- 165 Acrius inter se, constanti lege repugnat,
 Conflictu si non aliquo spes aucta labore
 Adjuvet, atque animos praesenti munere firmet:
 Quando haec sola via est, sed magnos redditia in usus

b. Cum haec jam praelo proxime datus essem, incidi in quamdam subtilem explicationem cohaerentiae partium minimarum cujuscumque corporis, nixam celebrissimo illo Newtoniano attractiōnum, et repulsionis principio, tot insignium Mathematicorum speculationibus, et longissimis supputationibus jam saepius illustrato, repertam novissime a P. Josepho Rogerio Boscovich Soc. Jesu, in Collegio Romano publico Matheseos Professore, expositamque in opere ejusdem Auctoris ingeniosissimo de Theoria Naturali Philosophiae redacta ad unicam legem virium in Natura existentium: quod qui velit de hac re opera non poenitenda consulere poterit.

- Aufugere ut valeant tenebrosis sedibus ignes:
170 Quanto tunc victor rerum discrimine in altum
Evolat, et caelo rutilus dominatur aperto?
Corripuitque domos, tunc vasta incendia miscet,
Non sortem ullam vitat, quocumque impetus illum
Deferat, in magnum late protenditur aequor.
175 Cuncta haec, principiis si recte attenderis illis,
Quae posui, nullo fient tibi clara labore:
Scilicet in saxo lateat cum plurimus ignis,
(Quippe ante hoc dictum nondum tibi mente recessit
Omnia habere ignem) tunc quando dente recurvo
180 Exterior lapidis facies pulsata dehiscit,
Ilicet inviso solvens se carcere liber,
Qua data porta fugit praeceps, pulsusque refulget.
Quod si labentem subjecto fomiteflammam
Excipias, rupto quandam ceu carcere latro
185 Clavibus oppressis, tutus sub nocte silenti
Aeratas aperit portas, sociosque reducit;
Successu haud aliter gaudens scintilla jacentes
Ire parat comites spelunca abducere opaca;
Illae addunt vires, levior nec pugna sit intus:
190 Tanta tenet clausos ignes malesana cupido
Notae libertatis, adhuc quae sera dolentes
Respexit, tantos animos dat conscientia virtus.
Tunc gemino medius paries quassatus ab hoste
Tollitur, hinc alii, atque alii discrimine nullo,
195 Ut superant numero, magnis sic viribus ignes
Crescunt, et densi pleno sese agmine fundunt.
Jamque tibi mensa ardet, quid stas? protinus undam
Ejice, nec pluteis, nec libris parcitur ullis;
Scrinia flamma vorat, tectisque impune minatur,
200 Praesertim subitis cum flatibus ingruit Auster,
Namque haec nimbosis fertur vis addita ventis,
Acrius ut pellant in proxima corpora flamas,
Et vires nisu, ceu clavo malleus, addant,
Opposita quoties coeli de parte feruntur.
205 Nec quaecumque tamen facilem dant pabula cursum,
Quantum materiae compages durior altum
Objiciens vallum sceleratos detinet ignes.
Quandoque inter se tenui vix dissita tela
Semina parva ignis claustrum male condita totis
210 Viribus oppugnant, paries nec sustinet ictus:
Quod si admota leves scintilla adjuverit ignes
Ocyus in flammas coeunt, subitoque fragore
Percellunt aures, et coelum lumine complent.

- Tales nitrati dicuntur pulveris ortus;
- 215 Namque alium informis nigrans, quae stabat in usum,
 Massa repente ignem accipiens evasit in auras,
 Portento artificem quae res inopina moratur,
 Inque novas artes cautum descendere jussit,
 Donec multa dies aevo, et diuturnior usus
- 220 Pulveris edocuit vires, causasque, modumque,
 Sulphureamque leves massam diduxit in orbes,
 Unde gravem coeli tonitrum compressa sonore,
 Et circum ingentes strages tormenta dedere.
 Haec equidem nostro studio haud indigna putarem,
- 225 Quae pavidum vulgus miratur; tu sine certa
 Lege nihil credas fieri: nunc caetera reddam
 Unde abii, quo me fessum labor ultimus urget;
 Temporis ut puncto tantus sese explicet ignis
 Fumidus, et post se vestigia rara relinquat.
- 230 Fac tibi ut assurgant globuli denso aggere, bullis
 Aera qui stringant arctis, et compede vitro
 Compressum teneat, tota licet ille repugnet
 Natura, et paribus subeat certamina nervis,
 Viribus aequales inter victoria nulla est;
- 235 At casu inclusis pateat si libera ventis
 Confracto globulo via, qua se janua pandit
 (Pandet enim si tacta levi si pollice bulla;
 Nam quando aequali pugnant duo corpora nisu,
 Tunc cuicunque levi fuerit vis addita motu,
- 240 Ne dubites optata illi victoria cedet)
 Protinus effracto tandem jam carcere ventus,
 Quam solet immensum velox percurrere coelum
 Victor ad extremos globulos feret impete casum
 Conjunctis studiis, donec quae sparsa latebat,
- 245 Pressaque fulgentis siluit sub carcere vitri,
 Plurima per coelum momento confluet aura;
 Sic abit, et virtus illi succrescit eundo:
 At non dissimili conjungitur ignea motu
 Flamarum moles, sed tu quae propria flammae
- 250 Si vento addideris (nostrae nam credita menti,
 Vel discretarum facilis conjunctio rerum)
 Si lucem vento affingas, notumque calorem,
 Ignis erit, flamma nec discrepat aura ruent;
- Sic oculos, sic illa manus, sic proxima circum
- 255 Contortis feriet mortalia corpora flammis.
 Denique non quivis rebus detruditur ignis
 Ex alio semper motum prius igne recepit;
 Cum ferro urentes jaculos tentata remisit

- Dura silex, ignes etiam dant validius icta
260 Robora, vel quando strictim duo ligna fricantur,
Putrida sub pedibusque dedere cadavera flammas
Sunt alia ex genere hoc, ratio tamen omnibus una:
Nam quoties validum corpus ferit impete frontem
Corporis alterius, quando haec fiducia cordi est,
265 Aut sensim fluitans totos se immisit in artus
(Subjectis cuneis ingens ceu montibus ornus
Tentatur) superat nisu, claustrumque resolvit,
Qua se monstrat iter, facilis subducitur ignis:
Sic quondam viva flammae sub calce latentes,
270 Postquam ferri omnes magnos lusere labores,
Undanti leviter pulsatae flumine cedunt.
Rem planam exemplo quaevis tibi janua reddet,
Quam non ingentis submovit gloria clavis,
Sed quae usu melior praestantique arte recludet.
275 Nunc vero ista, oculis quia sunt manifesta, vilescent
Pluribus, arcano credunt qui foedere mundum
Currere, non ullum documentum rebus ab istis
Accipiunt, semper nubes, et inania captant.
Hoc tandem posito rerum fundamine, certas
280 (Nec longa est via) mecum aude cognoscere causas,
Unde hic irriguis nascatur corporis aestus,
Quo sine vitalis quicumque intercidat actus;
Quamvis haec naturae inter miracula condant,
Qui vacuis vulgi captant sermonibus auram
285 Proh pudor! et quisquam nomen sapientis adoptet?
Nec tibi sunt alii praesentis muneris ortus
Quaerendi, quam quos opulentae pabula mensae
Restituent ignes, avido cum ventre recepta
Atque adeo immissis agitata humoribus altos
290 Explicuere sinus, nihilo tum segnior ignis
Defluit, et noto restaurat membra calore,
Unde hominum, pecudumque genus, genus omne ferarum
Sub coelo miserum quaerunt errantia victimum,
Et grato avertunt instantia fata labore
295 Novi, et qui falsa nixi ratione supremum
Quaesivere genus, patriam inter sydera flammis:
Concita nam videant cum corpora caetera terram
Affectare, leves contra sed tendere sursum
Vi magna ignes, quo primum ratio obvia duxit,
300 Naturae exosi occultas inquirere leges
Huc referunt, dulci patriae quod victus amore
(Dulcis amor patriae) contendat fervidus ignis,
Unde genus traxit, coeli in loca laeta reverti:

- Exilio ut longo confectos, sero ubi tandem
 305 Emicat antiquam patriam spes certa videndi,
 Non jam tristis hyems ventis, coelique procellis
 Terruit, aut magnum terret maris aequor arandum,
 Optata ut valeant corpus deponere terra
 Non tamen ista tibi quisquam persuadeat auctor,
 310 Dimoveatque loco, quamquam illum sancta vetustas,
 Plurimaque inventis commendet gloria causis:
 Quanto rectius hi naturae ex ordine dicunt,
 Quos prius eductos tenebris Divina Mathesis
 Edocuit centri magnos, et ponderis usus;
 315 Unde etiam vario labentia corpora pugnant
 Eventu, teneant semper loca proxima centro
 Detrusis aliis, gravitas queis indita major
 Mole sub aequali, levia in sublime ferantur:
 Aëre sic quoniam mimboso densior unda
 320 Haeret aqua inferius, victusque supernat aër;
 Aëre sed contra rursus quia rarior ignis,
 Quamquam etiam hic terrae magno teneatur amore,
 Truditur, exclususque leves ascendit in auras
 Hinc alio indicio prodet sese intimus ignis,
 325 Seu lucem emittant (omnis nam fulgor ab igne)
 Vel cum concipient iterato corpora pulsu,
 Qui nec ab igne ipso differt, nec luce, calorem:
 Objectos veluti caveae qui frangere clathros
 Nondum Ursus potuit, saevo tunc intonat ore
 330 Horrendos edens gemitus, nec longius illi
 Credere se quisquam audeat, aut opponere corpus,
 Brachia nunc torquens, validis nunc unguibus urget,
 Ille metum, clademque minax perducere, quo non
 Hirta sinit rabidum vestigia figere sepes
 335 Haud aliter flammea quamvis non corpore toto
 Insiliant, densi siquidem spiracula nondum
 Invenere ignes, qua se diffundere possint,
 Flammea sed rapido jaculantur spicula motu,
 Qualia Phoebaeo decedunt plurima disco:
 340 At varie ut caeco coeunt surgentia calle,
 Aut lucem referunt oculis, vel forte calorem;
 Quidquid enim tactu calidum, quod luminis usquam est,
 Continet aut ignem, aut liquidi est pars purior ignis.
 Hinc celeres, facilesque trahunt, cum dura liquecunt,
 345 Aut quae natura fluitantia corpora flexus;
 Quidquid enim fluit interno illud sumit ab igne.
 Quod si hic contiguus rebus qui volvitur ignis
 Discedat, fluidum prorsus nihil esset in orbe,

- Nostraque torperent duratis corpora membris
350 Necve aliquem sanguis, nec haberent ilia motum.
Quin etiam hic naves dorso qui sustinet actas
Undosus liquor, et vasto se corpore miscet
Per terras, portus omnes, et littora complens,
Immensusque aér, quamvis nunc nescius ipse
355 Tangi, non sensum feriat, pulsusve resistat,
Marmoris in morem ceu corpora fixa manerent.
Tunc pariter pisces, et quidquid volvitur undis,
Haererent, aditum pelago, cursumque negante;
Suspensae et volucres coelo non tendere sursum,
360 Non contra ferri, et pennas demittere possent:
Hinc etiam vires nobis, hinc spiritus omnis
Ducitur, et gratae fluxerunt commoda vitae.
Felices heu! casu aliquo ni maxima Divum
Saepius in nostram vertamus dona ruinam.
365 Haec ego sextili ludebam mense sub aestu,
Cum caelo assidui torrerent omnia Soles,
Indiciisque novis praesens se ostenderet ignis:
Sed nunc diversas agitant mihi tempora curas,
Autumni postquam pluviis deferbuit aestas,
370 Et me jam blandi pueri post otia longa,
Quos stimulat virtus, studia ad solemnia poscunt.